



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

157. De eadem re.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

Addit. t. v.  
c. 48.  
Burchard. lib.  
2. c. 175.

acerrimè objurgandum. Si perstiterit in vitio,  
excommunicandum.

De convitiosis vel maledicis.

**C L V I .** Si quis convitio vel maledicto vel etiam criminē subiecto læserit aliquem , dignissima purgetur satisfactione. Si hoc vitium iteraverit , pœnitentia justissima secundūm modum culpæ expietur.

De eadem re.

Burchard. lib.  
10. c. 51.

**C L V I I .** Apostolus dicit : *Neque maledici regnum Dei possidebunt.* Si quis hoc peccatum admiserit , tam grande pœnitentia quam grande perpetravit scelus , quod à regno Dei separat.

De detractoribus.

Burchard. lib.  
10. c. 63.

**C L V I I I .** Si quis promptus facilisque est ad detrahendum , dicēnsque quod verum non est , septem dies in pane & aqua sequestratus à fraterno consortio pœnitentia.

De contentionibus vel rixis.

Burchard. lib.  
10. c. 62.

**C L I X .** Si quis contentiones vel rixas amaverit , vel manifestum convitium frati intulerit , juxta arbitrium Prioris tamdiu pœnitentia quam diuturna expietur pœnitentia.

Vnde supra.

Burchard. lib.  
10. c. 53.

**C L X .** Qui contentiosus aut murmurans extiterit , secundūm arbitrium Prioris tamdiu pœnitentia quandiu culpæ qualitas extat.